Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-154172928-11/fragment/page=0001

Bel 81

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-154172928-11/fragment/page=0002

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-154172928-11/fragment/page=0003

Ung VI 4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-154172928-11/fragment/page=0004

Einzeln verzettelt

20. I. 1915.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-154172928-11/fragment/page=0005

Observanda I. Consors D. Georgii Michaelis Caesari quoque erat Hungara exul et sortis tenuioris nomine Esthera Drechslerin apud Johannam Elisabeth. comitem a Schwarzburg hospitium ab intimis servitiis ante tempus nuptiarum vero apud Jeremiam Pilarik ad finem suum in Hlitha prope Magdeburgum Pastorem; connorata pater eius erat D. Matthias Drechsler qui post multas Senatorias Consulares que dignitates ad ordines atque status regni summaque sibi Christiani Imperatores post multas calamitates elevatores in patriam redux liberae et Montanae urbis Bela Banya s. Pullendicus factus. Hanc Caesari dixit 1684. d. 18 Januarii

Item mox de Carmen gratulationum a Matthia Christophori Hungaro gerat. in Mausoleo Regum Hungariae in fine. Repor. N. mo 4.

II. Ipse Dns Georg Caspar Magister liberalium artium et Philosophiae creatus est Anno 1681. vt ex Gratulatione adparet quam popularesei suae consecerunt quae reperitur in Volum III. Desert. Repor. L. mo 14. et in complexu variorum carminum mo 75. Carmen 70. et 71. et 72 vbi dicitur Michaeli ab alsókö Hung.

Irabó II. 1249.

Hymenæi

Quos

Clarissimo atque Doctissimo Viro

DN. M. SIMONI JOHANNI GRENIZIO

Posonio-Pannoni

Collaboratori in Gymnasio Posonienſi Evangelico gnavissimo,

Lectissimam, Pudicissimamque Fœminam

MARIAM

Primitùs Weichiano, posteaque Gailliano

Conjugiis

superstitem Viduam

Matrimonio sibi conjungenti,

Præceptori suo debitâ obſervantiâ

afficiendo

DISCIPULI TERTIÆ CURIÆ

unanimiter consecrant

ductu

T. T.

Die IV, Februarii,

Anno, quo

DanVbIVs eXtra rIpas ſVas effVsVs, proXIMa qVæqVe obrVens ©rapIens, CorrVpIt.

1670

POSONII,

imprimente Godofredo Gründero.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-154172928-11/fragment/page=0007

Primus.

SI verum eſt, velut eſt, fieri connubia Fato;
Expers quis dicat Veſtrum, Par Nubile, Fati?
Hinc iſtud factum diſcindet non niſi Fatum.
Vos modò, dum ſinet hoc, optatam vivite Vitam.

Secundus.

DEclinare ſcio perfectè, credite, Amorem,
Quare Diſcipulus neſcio quid ſit Amor.
Declinare meus Præceptor neſcit Amorem,
Hinc Sponſam ſcitè callet amare ſuam.

Tertius.

PRecor ut geniale ligamen
Quo Te Deus ipſe ligavit,
Cum Sponſa Sponſe novelle
Maneat ſtabile atque jucundum.

Quartus.

NOn eſt Conjugibus novis quid optem
In præſens, niſi, ne quid ulla Erinnys
Turbarum thalamo inferat jugali.
Ne vel triſtis Eris ſubornet ullum
Malum disſidiæ toro invidendo.
Contra blandus Eros perennet illic.

Quintus.

INter amantes
Optima vox eſt:
Tu mihi ſola
Sponſa placebis;
Tu mihi ſolus
Sponſe placebis.
Tu quoque Sponſe
Es modo talem

Nactus

Nactus Amicam,
Quæ Tibi soli
Usque placere
Pervelit una.
Tu quoque Sponsa
Es modò talem
Nacta Maritum,
Qui tibi soli
Usque placere
Pervelit unus:

Hinc vel ob isthoc
Mutua dictis
Texite vota:
Tu mihi sola,
Dum reget istos
Spiritus artus
Nympha placeto.
Tu mihi solus
Dum reget istos
Spiritus artus
Sponse placeto.

Sextus.

VEstri fœdera lectuli,
Hoc pacto Altitonans beet:
Multa ut pignora consequi
Positis venientia
Exin; namque ea Conjugum
Fructus confieri assolent.

Septimus.

TRiplex esse Tibi, non malè quispiam
Robur Sponse tuo in pectore, dixerit,
Illam dum lateri jungis amabili
Quam scis esse suis ecce superstitem
Binis ante-viris. hinc Tibi gratulor
Hæc ut sit tua lux, atque oculus tuus,
Vitæ tumque decens delicium tuæ!

Octavus.

QUis rumor evulgaverit, non sum memor,
Vulgavit attamen, quod haud mente excidit:
Vim frigoris adusisse membra viantium
Hac hyeme sæviente, scitis, asperâ,
Quin & quibusdam surpuisse spiritum!
Et vos, novum par Conjugum, sub frigore
Tanto, calore mutuo exardescere
Potuisse! Scilicet hunc caloris flammula
Vobis Supremi movit, ut quæ calfacit
Nive alsiora pectora, vel inter nives.
Proinde amoris hic calor reciprocus
Vos inter, opto, nullibi deferbeat!

Reliqui

Reliqui Omnes.

Ad toros, res est properare, castos
Sancta., nam sanxit Deus hosce quondam
Ipse, Mortalem simul ac creavit
Prole carentem.

Nempe cultori Paradisiaco
Illicò adduxit Sociam Maritam
Jova & adductam sociavit uni
Fœdere lecti.

Sponse, dum servas pia pacta Jovæ
Facta, ducendo Sociam jugalem
In torum, castam, meritò es vehendus
Laudibus æquis.

Hoc tuum cœptum Deus ipse faustum
Faxit, & posthoc medium secundum,
Denique & finem, unanimes calente
Corde precamur.

Parvulam, magnum studiosi amoris
Indicem, tandem phialam peractis
Additam votis, hilari rogamus
Accipe vultu.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-154172928-11/fragment/page=0011

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-154172928-11/fragment/page=0012

Ung VI 4

(x 2743293)

ULB Halle 3
006 310 079

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-154172928-11/fragment/page=0013

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-154172928-11/fragment/page=0014

Szabó II. 1249.

l Fidenatium, ruat,
Placentini Romæ
mphitheatri,
conflagret,
ipsos consumturo
licet!

OBSERVANTIÆ
ANIMI ERGO. P.C.
MERITORUM. ETIAM
CINERES
MEMOR

REUTERIANA.

Hymenæi
Quos
Clarissimo atque Doctissimo Viro

DN. M. SIMONI
JOHANNI GRENIZIO

Posonio-Pannoni
Collaboratori in Gymnasio Posonienſi Evangelico gnavissimo,
Lectissimam, Pudicissimamque Fœminam

MARIAM

Primitùs Weichiano, posteaque Galliano
Conjugiis
superstitem Viduam
Matrimonio sibi conjungenti,
Præceptori suo debitâ observantiâ
afficiendo
DISCIPULI TERTIÆ CURIÆ
unanimiter consecrant
ductu
T. T.

Die IV, Februarii,
Anno, quo
DanVbIVs eXtra rIpas ſVas effVsVs, proXIMa qVæqVe obrVens & rapIens, CorrVpIt.

1670

POSONII,
imprimente Godofredo Gründero.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-154172928-11/fragment/page=0015